



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

I. Vt fiant orationes pro rege.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

- ANNO CHRISTI
888.
- XII. *Quot testibus clerici conuin- ci debeat.*
 - XIII. *De decimis ab antiquis ec- clesiis non subtrahendis, & ut antiquae ecclesia honorem suum habeant.*
 - XIV. *Quod nullus episcopus alte- rius parochianum presumat re- tinere aut ordinare.*
 - XV. *Item de eodem.*
 - XVI. *De his qui sacerdotem spon- te occiderint.*
 - XVII. *De decimis dandis.*
 - XVIII. *De quodam Altmano, qui sibi commatrem spiritualem in coniugium habet sociatam.*
 - XIX. *De presbyteris, qui crimine fornicationis, siue aliquo capita- li flagitio accusantur, & non ha-*
 - bent collegas, cum quibus se ex-
cusare possint; aut si forte lapsi
fuerint, quomodo satisfaciant.
 - XX. *De precariis iniuste & irra-
tionabiliter factis.*
 - XXI. *De his qui in ecclesias seu
atriis ecclesiasticas mouerint, &
mutuo inter se confligunt.*
 - XXII. *De his qui decimas suas
dare nolunt, aut iniuste subtra-
bunt.*
 - XXIII. *De viris & feminis si
adulterii reatu, siue alicuius fla-
gitii criminis accusati fuerint,
qualiter expurgari debeat.*
 - XXIV. *De pace fruenda.*
 - XXV. *De prepositis & prouisori-
bus monasteriorum.*
 - XXVI. *De viduis velandis.*

ANNO incarnationis Domini nostri Iesu Christi octu-
gentesimo octogesimo octauo, anno etiam primo re-
gni domini Arnulphi glorioissimi regis hæc capitula apud
Moguntiam ciuitatem a Luitberto eiusdem ciuitatis ar-
chiepiscopo, necnon & a VVilliberto sacrae sedis Coloniensis,
seu etiam Ratbodo Treuirensis ecclesiæ venerabili-
bus archiepiscopis, cum suis suffraganeis, ceteraque
non modica multitudine, abbatum scilicet & aliorum sa-
cerdotum, tenenda, obseruanda, ac firmiter habenda con-
stituta sunt.

C A P I T V L A.

I.

Statuimus, vt oratio ab omnibus nobis tam
pro gloriose rege Arnulpho, ceu etiam & pro glo-
riosa coniuge sua, nec non & pro statu totius Chri-
stianitatis, pro vt nos debitores esse cognosci-
mus, in ecclesiis nostris assidue celebretur.

II.

Vt annuntietur gloriose regi nostro domino